

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



multa operantur mirabilia usque in presentem diem. De quibus nimirum loqui nos oportet. quia longe post hec in carcere plurimi homines iacebant in ligno inclusi. et unicuique fuit torques ferreus in collo. et huiusmodi omnes in angustiis suis dominum omnipotentem deprecabantur dicentes. Domine deus pro mittere beati weneblai adiuua nos. nocte autem insecuta quasi tintinnabulum sonuit in auribus eorum. et lux refulsit in carcere. et tetendit se lignum uelut arcus. et extiterunt pedes de ligno. Tunc omnes uociferabantur unanimiter dicentes. Domine deus miserere nobis. Vox affuit uirum. et unicuique torques fractus cecidit de collo in terram. Et dimissi de carcere. ambulantes per gyrum. narrabant ea que sub oculis uiderent magna mirabilia dei. Quo uiso miraculo. unus paganus qui in eadem urbe tenentur seruabatur. uocatum uouit domino dicens. Si deus adiuuat me pro mittere beati weneblai. credo in christum. et dabo ei filium meum in seruicium. de quo statim omnia uincula ferrea ceciderunt. Que iterum arce inclusit. et rursus sicut ante ceciderunt ab eo compedes. Qui statim dimissus. et sancta fide instructus. baptizatus est. et postea uixit plurimos annos. Alii quoque eodem in uisus fuerat retrudi in carcerem. atque simul cuncta argumenta uinculorum disrupta ceciderunt. Que increduli

mox apprehendentes. uendiderunt longinquis paganis. Qui cum ducerentur ab eis. inuitis beati weneblai sicut et frequentiter ceciderunt catene de manibus eius. et torques de collo eius. Quod et si gentiles erant. cernentes mirabilia dei eum dimiserunt. Postea quoque alium uisus princeps recludi in carcerem. qui cum suspiriis frequenter inuocabat dominum dicens. Domine deus pro mittere beati weneblai adiuua me. Et dum obdormiuit statim expugiscit. stans extra carcerem in plateis. et neque compedes. erant in pedibus eius neque manices in manibus. et neque torques in manibus illi. Et regressus ad uicarium narrauit quomodo mirabiliter dei uirtute raptus esset de carcere. que et dimiserunt. In eadem uero ciuitate erat quedam mulier paupercula ceca et debilis. Que ingressa ecclesiam ante tumulum beati weneblai prostravit se. et tandem orauit quod ad usque uisum recepisset. et soluta est operante eius. Interea uero ligauerunt unum uirum illi quibus aliquid debebat. et fornicata eum uinctum sedem sub eadem ecclesia fecerunt. Qui dum extendit manus ligatas inferiori ualuam ecclesie dicens. deus adiuua me. per intercessionem beati weneblai. illico solute sunt manus eius et dimiserunt. **De miraculis Sancti mar-**  
**tyris.**